



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Eius veneratio. 139

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

mor adstituitur, nigro colore ac
relucens cum hac scriptura.

D. O. M.

*Ignatio Societatis IESV, fundatori.
Obdormiuit in Domino, Aetatis sua
anno LXV. Confirmati à Sede Apo-
stolica Ordinis, XVI. Salutis huma-
nae CIO. IO. LVI. Kal. Aug.*

*Eius in Christo filij Pa-
renti optimo*

Poss.

139 Eo in loco situm B. Parentis
auctorisque nostri corpus, apud
omnes in praecipua veneratione
est: & à Nobilitate populoque
Rom. impese colitur: ceteris mul-
tis, religionis causa, eodē accur-
rētibus. Quos certum est; exciri,
tum magna vitae, nec vulgaris
sanctitatis, opinione: tum admi-
ratione earum rerum, quas miri-
ficas,

ficas, illius precibus cōfieri quo-
 tidie vident. Capiūtur & magni-
 tudine fructus, quem suis illum
 suorumque laboribus peperisse
 intelligunt. Rati, haud facilè pos-
 se, cam ramorum fecunditatem,
 nisi ab optimæ stirpis indole pro-
 tuberare: neq; tam vberes aquas,
 nisi à fonte salubri & abundo sca-
 turire. 140 Cæterum statura Ig-
 NATIO fuit, infra proceram: Ma-
 tura in ore grauitas; frons passa,
 & explicata: Oculis recedentibus
 palpebræ incumbebant, quâs vi-
 deres assiduo fletu irrugatas. Au-
 res erant mediocriter parvæ, na-
 sus aquilinus: color albo atque
 æneo dubius: vultus ex æquo hi-
 laris ac seuerus: qui facile, in v-
 trumque mouere intuentes pos-
 set: vertex caluitio honestus: ti-
 biarum altera de vulnere breuior
 sed cruris vitium, incedentis mo-
 destiâ tegebatur.

R E



Q

Idea

Nec

In m

Sed

Et c

Cal

ARM

Host

p

Jog

-11

tous

001